Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

me ex ore leonis. et a cornibus unicornium humilitate mea. Confortata me xpe. et da mihi spem uite ut penetret oratio mea celum. et tu emitte mihi columbam de celo que ueniat in adiutorium meum. ut immaculatam tibi obseruem uirginitatem meam. ut dimicem contra aduersarium meum facie ad faciem. et uideam deiectum inimicum meum qui pugnat mecum. ignoro qd illi nocui. Concede mihi ut uincam eum. et dem fiduciam omnibus uirginibus te confiteri. quia nomen tuum benedictum est in secula. Carnifices uero mactabant corpus eius. Nam ipse pfectus cum clamide faciem suam cooperiebat. quia pre sanguinis effusione non potuit eam aspicere. Similiter et ceteri faciebant. Profect dicit. Quid est qd non obaudis margareta. neq; miserere tui. Ecce carnes tue mactate. et iudicio meo. ideo consenti mihi et adora deos meos. ne male mori aris. Si aut me non audieris. gladius meus dominabit carni tue. et ossa tua dispgam. et neruos tuos diuidabo ante omnes. Beatissima margareta dixit. O inique o impudens tam et audax. si ego carni mee miseror. anima mea in iteritum nadit sicut et tua. sed ideo carnem meam tradidi cruciatibus. ut anima mea coronet in celis. Iuc olibrius iratus. iussit eam recludi in carcere. Erat enim hora septima. et duxerunt eam et reclusserunt in carcerem tenebrosum. Ipsa u itroies consignauit corpus suum signaculo xpi. et cepit orare et dicere. Deus qui iudicium sapienciam discernis. quem contremiscunt omnia secula et in eis habitantes. que pauescunt omnes potestates. desperatorum spes et pater orphanorum. et uidere uerus lumen de lumine. respice in me quia sola sum et unica patri. et ne me deseriqt. ne tu me derelinquas dne deus meus. Aspice in me et miserere mei. percipe ut uideam inimicum meum qui mecum pugnat. et uidicium afferam contra eum. et loquar cum eo facie ad faciem. ignoro qd illi nocui. tu es uidere uiuorum et mortuorum tu iudica inter me et illum. Etenim iacone facta sum tristis. et inter plagas meas ingemisco. noli mihi irasci dne deus meus. ne inquinet aia mea. ne commisceat sensum meus cum idolis surdis et mutis. sed in te sit spes mea quia tu es deus in secla seclorum. Heo tim autem erat in carcere. et nutrebat eam ministrante ei pane et aqua et aspiciebat pfenestra. et sedebat oratione eius. et omnia que eueniebant. et cum timore dei aspiciebat. Et ecce subito de angulo carceris eruit draco horribilis totus uarius coloribus deauratus capilli et barba eius aurei uidebant. dentes eius ut ferrei. oculi eius uelut margarite splendebant. et de naribus eius igniis et fumus eruebant. lingua eius antelabat sup collum eius gladius erutusq; pte acut in manu eius in carcere. Erexit se iterum in medio carceris. et sibilauit fortiter. Et factum est lumen in carcere. ab igne qui eruit de ore draconis. Sancta autem margareta facta est ut